autem libra 20.ſolidis æſtimatur,& ſi eſſentialiter reperiret valeret ſolidos 27. Sabaudię, & quamuis librę argenteę, prout ēt floreni aliquando fuerint impreſſę nūc amplius nō reperiuntur, & tñ omne commertiū ſuper iſtis libris, & florenis regulatur.

Sicque in multis prouincijs longo vſu fuit à campſoribus, & mercatoribus introductum, vt pretia rerum vno monetarum genere æſtimētur, quod imaginarium eſt; alio autem ſolutiones fiāt quod reale dici poteſt: Huius rei hęc eſt ratio, quia imaginaria moneta certior habebatur, quam realis, & ſicuti eſſentialis veraq; moneta plerunq mutationē, ac variationē in ſua ęſtimatione ab initio cōſtituta recipit, ita hęc imaginaria inuariabilis, & immutabilis eſt; cum.n. ab exteris, vt plurimum pecunia introducat alij vnius, alij alterius Principis cuſa numiſmata important, & ꝓpterea difficilè ſolutiones à debitoribus fieri queūt, niſi peregrina pecunia, quæ non vnius ēt generis eſſe poteſt, ideo neceſſe fuit certum monetę genus adinuenire quo cōtractus regulent; Venetijs ſūt groſſi, & piccioli, Romæ habentur Iulij, & baiochi. In Gallia nominant Franchi, & ſolidi. In Hyſpania Reales, & ſic de alijs. Sed particularis auaritia, & aurifames, vel alijs nocendi ſtudiū, vel frigeſcens charitas huic publicę cōmoditati multifariā obſtitit, & innumera mala excogitauit, ac diſſeminauit